



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

49. De Immunitate Ecclesiarum, Cæmeterii & rerum ad eas pertinentium

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii,  
& rerum ad eas pertinentium.

Q. 1. Quid & quotuplex sit Immunitas Ecclesiastica, & quo jure introducta? Resp. 1. Est Jus, quo loca, res, vel personæ Ecclesiasticæ à communi onere seu obligatione liberæ sunt & exemptæ. 2. Dividitur hinc in localem, quæ locis; realem, quæ rebus; personalem, quæ personis competit, Engel *h. n.* 2. facit distinctionem inter Immunitatem Ecclesiarum & Immunitatem Ecclesiasticam. 3. Immunitas localis, pro jure abli sumpta, est in L. N. Jure tantum positivo, quia aliud non probatur; Civili tamen & Canonico, ut patet t. t. C. de his, qui ad Eccles. confug. & t. tit. ð h. t. & Constit. Greg. XIV. Cam aliàs. & Bened. XIII. Ex quo. valde rationabiliter introducta. 2. Personalis & realis Immunitas quo jure competat, dictum est ad Tit. de for. compet. & latius habet Pichler *h. t. n.* 38. ex c. 4. de Censib. in 6.

Q. 2. In quo consistat Immunitas personalis Clericorum & personarum Ecclesiasticarum? Resp. 1. In privilegio canonis si quis suadente. 29. caus. 17. q. 4. 2. In privilegio fori, vi cujus ad forum sæculare Clerici non possunt pertrahi, de quo ad Tit. de for. compet. 3. In exemptione ab obligatione Legum Civilium, uti dictum Tit. de Constit. Q. 7. R. 4. & Q. 16. R. 2. 4. In exemptione ab one-

oneribus personalibus, capitatione, *Royff* c. 1. h. t. in 6. L. 1. & 2. & *Auth. Item, mala* Episc. & Cler. angariis & parangariis, *Scharwerck* Dienst/ *Scharwerck*. c. 4. h. t. L. 2. & *Auth.* à muneribus & obsequiis sordidis. L. 12. *excus. mun.* ab indifferentibus & honorabilibus etiam excusantur, nisi velint sponte suscipere. 17. & 52. C. de Ep. & Cler. 5. In exemplum ob oneribus mixtis, quæ vel laborem personarum exigunt & simul sumptus, uti est ire ad propriis sumptibus; vel quæ imponuntur ditis propter res uti sunt collectæ seu contributiones novæ, *Steuer und Anlagen*; *vech* *Böll*; portoria, *Mauth*; accisæ, *Ausschlag* indebita, *Umbgelde*; c. 4. de *Censib.* in 6. *fin. eod.* Ratio, quia exactio similium fundatur activè in jurisdictione, passivè in subjectione. *ius aliquos exceptos refert Pichler h. t. n. 33. n. 35.* ait, personas Ecclesiasticas immunes esse ab onere concurrenti ad opera publica, publicè necessaria & utilia, vel construenda reparanda, quorum usus immediatè ad singulos Clericos æquè ac laicos pertinet, uti est, si *gandus sit puteus communis, si reparanda pontes, fontes &c.* Ratio, quia talia vi jurisdictionis non exiguntur, sed impensarum, aut taciti pacti.

Q. 3. In quo consistat Immunitas realis Ecclesiarum ac personarum Ecclesiasticarum? Resp. 1. In Ecclesiæ sacras & benedictione aliqua aut consecratione affectas immunes esse ab exactione seculari;

culari; item bona beneficialia vel titulo spiritua-  
 li aut sacri ministerii acquisita, quò spectant etiam  
 decimæ, omnes consentiunt. 2. Bona tempora-  
 lia Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum  
 exempta esse à collectis Laicorum novis, *titulo*  
*jurisdictionis exactis*, vix ullus negat, & desumitur  
 ex *c. 4. de cens. in 6. c. 4. 7. & c. 1. h. t. in 6. & c.*  
 Non sunt tamen exempta bona temporalia  
 Ecclesiarum, nec patrimonialia Clericorum à tri-  
 butis Principum aut Magistratuum sæcularium  
 antiquis, titulo domini, pacti, vel reservationis  
 impositis. *cap. 22. caus. 23. q. 8.* neque, ut proba-  
 bile est, ab antiquis titulo jurisdictionis impositis,  
 priusquam bona illa ad Ecclesias pervenirent. arg.  
*c. 5. de pignor. c. 79. de R. I. in 6. c. 1. de Cens.*  
*cap. 21. 22. caus. 23. q. 8.* Neque à novis, quæ  
 titulo pacti imponuntur, dum actu in Ecclesias  
 vel personas Ecclesiasticas talia bona transferun-  
 tur. *c. 4. de condit. appof. c. 6. de donat. c. 23. de Jure*  
*Patron.* 4. Quinam gaudeant Immunitate reali,  
 desumitur partim ex tit. *de vita & honest. Cler.* par-  
 tim ex Schmalzgr. *h. t. n. 15.* qui etiam *n. seq.* quæ-  
 stionem illam decidit, utrum coloni *partiarum* fun-  
 dorum Ecclesiasticorum quoad partem coloni-  
 cam collectis & aliis oneribus laicalibus possint  
 gravari. 6. Pœnæ in violantes Immunitatem  
 Ecclesiasticam circa actiones &c. sunt statuta in  
*c. 4. & 7. h. t. c. 4. de Cens. in 6. Clem. un. & Ex-*  
*trav. quod olim. inter Commun. h. t. Bull. Can. & Bull.*  
*Urban. VIII. Romanus Pontifex.*

Q 4. In quo consistat Immunitas localis? Resp. 1.

Liber III.

Q

In

In hoc, quòd ob reverentiam locis sacris  
tam actus profani prohibeantur, quales esse  
ferre sententiam vel placitum, per *c. 1. & 2. de  
c. 2. eod. in 6. mercatus & nundinæ. cit. c. 2. de  
versitatum & Societatum quarumlibet pro  
consilia. c. 2. cit. ludi theatrales & spectacula  
sint ad pietatem comparata, per *can. 1. dist. 92.  
12. de vit. & hon. Cler. Trid. Sess. 22. decret. de  
serv. & evit. in celebr. Miss. V. ab Ecclesiis. 2. Quæ  
illuc confugientes tuti sint in vitâ & membra  
quo secundo modo considerata Immunitas  
calis appellatur *Jus asyli*, vel *asylia*, aut *asylum*  
*Q. 5. Quibus locis Jus asyli competat?* *Episcopi  
Ecclesiis*, quæ, ut hoc jure gaudeant, non debent  
necessariò esse consecratæ, aut benedictæ, vel  
nè constructæ; sufficit, eas esse ad publicum  
sæ Sacrificium deputatas; imò Ecclesiis etiam  
terdictis, pollutis, & destructis, sed cum spectant  
dificationis, jus illud competit. *Schmalzger. de  
n. 112. cum seqq. ex c. 9. h. t. & c. Extenditur  
jus ad Sacristias Ecclesiarum, turres, porticus,  
nuas, atrium &c. L. 3. C. de his, qui confug. ad Eccl.  
can. 20. & 36. caus. 17. q. 4. non tamen ad 30.  
40. passus à templis, quam extensionem, si quis  
do de jure locum habuit, consuetudo videtur  
rogasse. 2. *Cæmeterio*, sive contiguum sit Ec  
clesiæ, sive separatum, modò legitime sit erectum  
*Rubr. h. tit. c. fin. h. t.* 3. *Hospitali* auctoritate  
Episcopi erecto & cum altari ad celebrandum  
*c. 4. de Relig. dom. L. 35. C. de Ep. & Cler. 4. de  
vasteriis, Conventibus, & Collegiis Regularium, Con****

Greg. XIV. *Cum aliis*. 5. *Oratorius*, etiam  
privatis, si tamen cum auctoritate Episcopi ere-  
cta, & in perpetuum cultui divino sint deputata;  
in quibus tantum ex licentia Episcopi celebran-  
tur Missæ certis diebus, hoc jure non gaudent. 6.  
*Domus seu Palatio Episcopi*, per *can. 36. caus. 17.*  
7. Extenditur Jus asyli ad *Tabernaculum*,  
in hoc actu asservetur Eucharistia, & ad Sacer-  
dotem Ssum portantem. AA. comm.

Q. 6. *Quibus hominibus Jus asyli competat? Resp.*  
Omnibus specialiter non exceptis, nullâ sexûs,  
civitatatis, & conditionis habitâ ratione; & 1.  
Infidelibus, Judæis, paganis, saltem si se velint  
convertere. 2. Excommunicatis, interdictis, &  
similibus. 3. Servis, ob grave delictum ad Ec-  
clesiam confugientibus, sive dein sint propriè ta-  
les sive adscriptitii & originarii; quo etiam spe-  
ctant desertores militiæ. 4. Debitoribus civili-  
bus ad carcerem evitandum. 5. Fugitivis, vel è  
carcere vel manibus licitorum elapsis. 6. Cleri-  
cis & Religiosis non tantum contra judices sæcu-  
lares, sed etiam eatenus contra Ecclesiasticos &  
suos Superios, ut ab illis (propter crimina scilicet  
non excepta) inde extrahi & judici ac Brachio  
sæculari nequeant extrahi secundum Leges puni-  
endi, non verò eatenus, ut nequeant extrahi,  
puniendi correctione & pœnâ Ecclesiasticâ se-  
cundum Canones. Habet hæc omnia fusè  
Schmalzgr. §. 4. h. 3. à n. 154. ad n. 185.

Q. 7. *Quanam sint crimina, quæ ab asylo exclu-  
dunt? Resp.* De his extant præcipuè Bullæ duæ,

Q. 2

Gre

Gregorii XIV. *Cum alias, & piissime* modo  
gnantis Benedicti XIII. edit. anno 1725. Idus Junii incip. *Ex quo.* Bulla Gregoriana  
in terminis seqq. *Hac itaque nostra perpetua*  
*tura Constitutione omnia & quacunq; privilegia*  
*sublatâ penitus omni differentiâ ita ad unam*  
*tam formam reducimus & moderamus, ut*  
*ad Ecclesias, locaque sacra & religiosa consue-*  
*tibus, si fuerint publici latrones viarumque gra-*  
*res, qui itinera frequentata publicasque stratas*  
*fidem, ac viatores ex insidiis aggrediuntur: aut*  
*populatores agrorum, quive homicidia & me-*  
*tionem membrorum in ipsis Ecclesiis earumque*  
*tertiis committere non verentur: aut qui pro-*  
*proximum suum occiderint, aut assassini, vel*  
*aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Pri-*  
*rei, Immunitas Ecclesiastica non suffragetur.*

Bulla Benedicti XIII. sic inter alia habet.  
*itaque prædicta Gregoriana Constitutione carum*  
*ut publicis latronibus, viarumque grassatoribus*  
*itinera frequentata, vel publicas stratas obfide-*  
*viatores ex insidiis aggrediuntur, Immunitas Ecc-*  
*siastica minimè suffragetur, non levis autem*  
*Doctores emerferit controversia, an quis ex*  
*actu publicus latro & grassator dici possit, vel*  
*ad id actus requirantur; Nos ejusmodi contro-*  
*siam dirimere intendentes, unicam tantum præ-*  
*nem in via publica aut vicinali admissam suffra-*  
*hoc, ut quis publicus latro & grassator dici*  
*dummodo tamen grassati mors aut membrorum*  
*tilatio secuta fuerit, tenore præsentium defini-*

Insuper ab Ecclesiastica Immunitatis beneficio excludimus atque repellimus, & pro exclusis atque re-  
 pulsis haberi volumus nedum eos, qui homicidia aut  
 mutilationes membrorum in Ecclesiis, earumve cæ-  
 meteriis committere audent, quemadmodum in Gre-  
 gorianâ Constitutione sancitum est; verum etiam eos,  
 qui stantes in Ecclesiâ vel cæmeterio, interficiunt stan-  
 tes extra Ecclesiam vel cæmeterium, aut ipsis mem-  
 brum mutilant: nec non eos, qui stantes extra Eccle-  
 siam vel cæmeterium, occidunt stantes intra Eccle-  
 siam vel cæmeterium, aut iis membrum mutilant: ac  
 eos tandem, qui confugientibus vim inferunt, atque  
 ipsos ab Ecclesia, aliòve loco immuni violenter extra-  
 hant & abducunt, declarantes in quatuor præmissis  
 casibus ejusmodi reos non illius tantum Ecclesiæ, quam  
 violarunt, sed cujuscunque etiam alterius Ecclesiæ  
 Immunitate gaudere nequaquam posse aut debere.

Ad hac in crimine assassinii non modo mandatarios,  
 qui in ipsâmet Gregorianâ Constitutione apertè exci-  
 piuntur, sed etiam mandantes, qui certum præmium  
 aut mercedem, sive in pecuniâ, sive in aliis rebus tra-  
 diderint aut promiserint, quamvis promissio nul-  
 lum habuerit effectum, dummodo assassinium reipsâ  
 paratum fuerit, ab Ecclesiastica Immunitatis bene-  
 ficio excludimus, ac pro exclusis haberi volumus &  
 mandamus.

Excludimus pariter, repellimus, atque privamus  
 ejusdem Immunitatis privilegio interficientes proxi-  
 mum suum animo præmeditato & deliberato: falsifi-  
 cantes Literas Apostolicas: Ministros Montis pietatis,  
 vel alterius publici Telonii, aut banci pro deposti-



vis Principis, privatarumque personarum, furum  
 aut falsitatem in praedictis locis committentes, quae  
 ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut pena pecuniaria  
 locus sit: Conflantes, adulterantes, vel redolentes  
 quascunque monetas aureas vel argenteas, etiam  
 Principum exterorum, quotiescunque in loco, et  
 provinciâ, ubi crimen admittitur, liberum habitum  
 usum & commercium; vel ipsas monetas confusas  
 adulteratas, aut detonsas scienter ita expendere  
 erogare praesumentes, ut fraudis conscii atque participes  
 censes possint: Illos demum, qui sub nomine  
 Curia sese introducunt in alienas domos, animam  
 dem perpetrandi rapinas, easque reipsâ committunt  
 cum homicidio, aut mutilatione membrorum  
 jus ex domesticis earundem adium, vel etiam  
 extranei, quem ibi fortè reperiri contigerit, dumtaxat  
 homicidium, vel membrorum mutilatio sequatur.

Ubi notandum, licet in hac Benedicti XIII.  
 Constitutione aliquorum in Gregorianâ  
 ptorum criminum mentio fieri non videatur,  
 tamen & modò illa de exceptis, cum Constitutio  
 Gregoriana cum omnibus & singulis in ea contentis  
 & dispositis amplissime, ut Bulla loquitur, confirmata  
 mata sit, approbata, & innovata, & criminum in  
 exceptorum reis & delinquentibus Immunitatem  
 elestasticam suffragari nequaquam debere, iterum  
 de novo decretum sit & declaratum.

Q. 8. Quis modus & norma circa hanc  
 riam servanda? Resp. In novissimâ Bullâ Benedicti  
 XIII. cassatâ omni interpretatione Gregorianâ  
 DD. factâ, nullâ habitâ ratione praxeos à Curia  
 &

& Tribunalibus quibuslibet investæ, nec Decla-  
 rationum sive à Tribunalibus Urbis, sive Congre-  
 gatione S. R. E. Cardinalium emanatarum &c.  
 inviolabiliter servanda statuuntur seqq. Verba  
 Bullæ sunt: *Quotiescunque igitur Curia Ecclesiastica*  
*à Curia saculari fuerit requisita, ut laicum aliquem*  
*delinquentem è loco immuni extrahi, eique confi-*  
*gnari faciat, eaque super delicti excepti qualitate, ac*  
*persona reitate subministrata vel acquisita sint indi-*  
*cia, quæ ad capturam decernendam sufficere videan-*  
*tur; tunc Curia Ecclesiastica ad ejusdem delinquen-*  
*tis extractionem ab Ecclesia, aliisque locis immuni-*  
*bis, ope ac medio suorum Executorum, implorato*  
*etiam, quatenus opus sit, Brachii secularis auxilio,*  
*et cum interventu Personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo*  
*deputandæ, procedere teneatur extractumque ad*  
*suos carceres asportari, ac ibi sub tuta custodia de-*  
*termini caret & faciat. Ubi verò ex processu infor-*  
*mativo desuper conficiendo constet de crimine exce-*  
*pto, ac insuper adversus eundem extractum talia re-*  
*sultent indicia, ut crimen ab eo fuisse patratum mo-*  
*raliter credi possit ( quæ quidem indicia juxta regu-*  
*las juris vocantur ultra torturam ) eo tandem casu*  
*præfatum extractum Ministris & Officialibus Curia*  
*sacularis tradere & consignare possit ac debeat, ex-*  
*acta tamen receptaque prius ab ipsis obligatione in*  
*forma juris valida restituendi extractum Ecclesia,*  
*sub pena Excommunicationis lata sententiâ Nobis*  
*ac pro tempore existenti Romano Pontifici reservatæ,*  
*quatenus idem extractus indicia contra ipsum acqui-*  
*sita in suis defensionibus purget, ac diluat. Quodsi*

Q 4 ea

ea minimè purgaverit, & verè delinquens reper-  
fuerit. Curia seculari in ipsum tali casu, ut  
esse censuerit, agere atque procedere liceat.

Præterea considerantes sæpe dictum Gregoriam  
Prædecessorem in sua Constitutione optimo quibus  
jure sanxisse, ut soli Episcopi, & non alii Episcopi  
inferiores, etiamsi locorum Ordinarii sint, aut  
lius diœcesis, aut Conservatores à Sede Apostolica  
specialiter vel generaliter deputati, cognoscere et  
clarare valeant, an delicta, pro quibus inquisiti  
loca immunia confugerunt, & in iis se receperunt,  
nec ne de genere & numero exceptorum: Nos præ  
dam ejusmodi dispositionem approbantes & con-  
firmantes, eique inharerentes, motu, scientiâ, ac potestate  
plenitudine similibus, tenore præsentium quibus  
Magistratibus, Officialibus & Ministris secularibus  
nec non quibusvis aliis Personis cujuscunque gradus  
& conditionis existant, etsi Imperiali, Regia, Do-  
cali, aut aliâ quâvis mundana dignitate, aut au-  
ritate præfulgeant, districtè interdicens, ac or-  
demus, ne hujusmodi causis, vel conficiendo pro-  
sus, vel inquisitos extrahendo à locis immunitatis  
vel declarando crimina ab eis admissa esse de-  
ptis in Gregoriana, aut in præsentis nostræ Consti-  
tutione, ullo pacto sese ingerant, aut immittant.  
Quodsi secus quidquam attentare præsumserint, &  
nunc omnia in contrarium præmissorum gerenda  
ra & inania, nulliusque roboris vel momenti pro-  
tuo fore, ipsosque attentantes in censuras & po-  
panas à sacris Canonibus & Constitutionibus Apo-  
stolicis adversus eos, qui jurisdictionem Ecclesiasticam

can quoque modo laedunt ac violant, inflictas incur-  
 rere decernimus & declaramus; volentes, intenden-  
 tes ac precise mandantes, quod omnimoda cogni-  
 tio atque iudicium de criminibus in Gregoriana Con-  
 stitutione exceptis, & à Nobis superius explicatis,  
 tam etiam de aliis, qua in prasenti nostra Constitu-  
 tione adjicienda & similiter excipienda duximus,  
 quemadmodum, ut prasertur, adjecimus & exce-  
 pimus, ad Episcopos tantum, privative quoad alios,  
 perpetuo spectet & spectare debeat; & donec ipsi in  
 occurrentibus casibus declararint, delictum esse do-  
 ceptis, & cetera omnia à Nobis superius constitu-  
 ta impleverint, inquisitos Ecclesia vel alterius loci  
 sacri, ad quem confugerunt, immunitate gaudere  
 tunc debere, ac in ea conservandos & manutenen-  
 dos esse statuimus, precipimus, & mandamus.

Tum Constitutionis prasentis Executores de-  
 putantur Patriarchæ, Primates, Archi-Episcopi  
 & Episcopi, simulque, ut immunitatem Eccle-  
 siasticam sacerdotali animo defendant, admo-  
 nentur. Demum iterum monitio, ut Constitutio  
 hæc inviolabiliter observetur, non obstantibus qui-  
 buscumque &c. concludit Ss. Pontifex, nulli homi-  
 num licere paginam hanc suæ voluntatis, sanctio-  
 nis, declarationis, confirmationis, præcepti, de-  
 creti, mandati, prohibitionis & derogationis in-  
 fringere, vel ei ausu contrario contraire &c.

Q5

TITU.